



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXX Quod per eleemosyna[m] omnium peccatorum tribuatur remissio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

fui & vestistis me, hospes & collegistis me. Infirm<sup>e</sup>  
**Mat. 15.** & in carcere, & visitastis me, & cætera. Et quod feci  
stis vni de minimis meis, mihi fecist<sup>s</sup>. Et tunc audiēt  
vocē illam beatam: Venite benedicti patres mei, p-  
cipite præparatum vobis regnū ab origine mundi.

Quod per eleemosynā omniū peccator<sup>rum</sup>  
tribuatur remissio. Caput XXX.

**Tob. 4.** **B**eatus namq<sup>ue</sup> Tobias filium monens, vt ele-  
mosynam faceret, ait inter alia: Ex substantia  
tua fili mi fac eleemosynam, & noli auertere  
faciē tuam ab ullo paupere. Ita enim fieri, vt nec à te  
auerteret facies domini. Quomodo potueris, ita esto  
misericors. Si multum tibi fuerit, abūdanter tribue.  
Si exiguum fuerit, etiam exiguum libēter impartire  
stude. Præmium enim bonū tibi thesaurizas in die  
necessitatis. Quoniā eleemosyna ab omni peccato  
& à morte liberat & non patiet animā ire in tñbras.

Quam pie ac salubriter ad eleemosynæ  
studium diuina nos instruat scriptura.

Caput XXXI.

**Tob. 4.** **F**iducia magna erit corā summo deo eleemo-  
syna, omnibus faciētibus eam. Hinc & per quē  
dam sapientem dicitur. Fili eleemosynam pauperis  
ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupe-  
re. Animam esurientē ne despexeris, & non exaspe-  
res pauperē in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, &  
non protrahas datum angustianti. Igitur quicunq<sup>ue</sup>